



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Ludimagistri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- dinario. Trident. *ſeff. 22. cap. 9.*
- 20 Nisi ſint ſub immediata protectione Regum. *idem ibid. cap. 8.*
- 21 Neque ſi ſecus in fundatione expreſſe caueatur. *idem ibid. cap. 9.*
- 22 Si alij deputatis reddenda eſt ratio, cum ijs adhibeat etiam Ordinarius, & aliter facta liberationes ſunt nullæ *idem ibid.*
- 23 Et hoc decretum locum habet etiam extra visitationem, & in caſibus à iure non expressis decisum refert Marta de *iurisd. par. 2. cap. 18. num. 6.*
- 24 Plures in anno potest Episcopus exigere rationem administrationis locorum pitorum quando illi conſtet de dolore, vel errore. Barboſ. *alleg. 81. num. 40.*
- 25 Executio contra administratores condenatos ſpectat ad Ordinariū, ſiue ipſi ſoli, ſiue ipſi cum alijs deputatis ratio ſit redditia. Trident. *ſeff. 22. cap. 8.*
- 26 Qui ſunt debitores loco pio, non poſſunt eſſe procuratores, syndici, aut minifti eiusdem. *Proui. 1.*
- 27 Potest Episcopus referuare ſibi facultatem reformandi, & augendi, etiam extra visitationem, decreta edita in visitatione Montis, pietatis, & locorum pitorum, decisum refert Nald. *visitare num. 13. V. Visitatio Epifcopi numer. 58.*

A D D I T I O .

- 1 **H**ospitalia administratas à fratribus B. Io. Dei non ſunt exempta à iurisdictione ordinarij, niſi folium quoad regularem obſeruantiam. *Cong. Conc. 12. Januar. 1630.*
- 2 Probatio, An loca pia ſint ſub immediata Regum protectione, iudice Epifcopo, facienda eſt, decisum referunt *DD. apud Barb. de iure Ecclesi. 2. c. 11. n. 63.*

Ludimagiſtri.

- 1 Idei professionem emittant. *Prouinc. 3.*
- 2 Lectores Philosophi principia, vel conclusiones auctorum contra fidem confutent. *Leo X. Anno 1513.*
- 3 Vbi Theologiae lectio haberi nequit, ſaltem habeatur magiſter ad Epifcopo cum conſilio Capituli eligendus, qui *Barth. Gauant.*

- clericos, aliosque pauperes grammaticam gratis doceat. *Trid. ſeff. 5. cap. 1.*
- 4 Eidem vel beneficium ſimplex, ſeu fructus eiusdem affiſſentur, quādū in docendo perſliterit: vel ex menſa capitulati, ſeu Epifcopali, vel alia ratio ne merces tribuat. *ibid.*
- 5 Licentia, quae datur ab Epifcopo, docendi pueros, ne detur ultra triennium, ut fiat recognitio magiſtri. *Prouinc. 5.*
- 6 Doceant enim fidei rudimenta, & diebus festis, nullo alio doctrinæ gene re pueros instruant. *Proui. 3.*
- 7 Ne interpretentur libros veritos, aut obſcena continentis. *ibid.*
- 8 Quotidianas exercitationes inchoent, & concludant pia prece. *Prouinc. 5.*
- 9 Ideoque facra imago in gymnaſio appendatur. *ibid.*

Matrimonij denunciationes.

- 1 **C**aveantur, ne pro denunciationibus faciendis interrogetur ſponsi praefentes de praefenti, ſed de futuro matrimonio. *Proui. 5.*
- 2 Fiant à Parocho proprio tribus continuis diebus festiuis inter Missarum ſolemnia. *Trid. ſeff. 24. capitulo 1.*
- 3 Poſſunt fieri eo tempore quo nuptiæ prohibentur. *Congr. Epifcop. 12. Decembr. 1589.*
- 4 Fiant in festis de Præcepto. *Proui. 1.*
- 5 Non potest Epifcopus diſpensare, vt fiant in ferialibus diebus. *decifum reſerunt DD. apud Barboſ. de pot. Epifc. alleg. 32. num. 14.*
- 6 Poſſe fieri in magno concurſu hominum ad Eccleſia in die pro feſto, docet Sanchez lib. 3. disp. 6. num. 9. 10.
- 7 Imò, & extra Eccleſiam idem *ibid.*
- 8 Sed in festis de præcepto, & in Eccleſia, intra Miſſam, ait Trid.
- 9 Fiant vbi habitus eſt consensus vtriusque, & parentum, & in diuersis Parochijs, vbi habitant. *Prouinc. 3.*
- 10 Denunciationes inter vicinos, quo rum alter inter hæreticos habitat, ne fiant in conſulto Epifcopo. *Proui. c. 2.*
- 11 Eodem modo, ſi de vagis hominibus agatur. *ibid.*
- 12 Omittens Parocho ex propria au toritate denunciationes iuſpede dus

1 eſt